

Flavius Aripertus vir excellentissimus rex ecclesiae beati Eusebii martyris, ubi^a sanctum eius corpus requiescit, in civitate Vercellis et venerabili viro beatissimo Emiliano pontifici.*)

Etenim detulisti nobis, ubi continebatur, quod Gauderis monachus**) in sua propria facultate id^b est in honore sancti archangeli Michaelis monasterium construxit, quod est positum Laucedio^c, a te quoque, beatissime pater Emiliane, eiusdem Gauderis rogatu superius rite consecratum, quoniam sub tua diocesea^d constitutum, et omnes res suas mobiles et immobiles inibi contulerat. Patet in eo sane ordine, ut suprascriptum monasterium, quod ipse aedificaverat, in integro in iura iam fatae ecclesiae beati Eusebii esse deberet, ita ut tam per te quam per successores tuos post tuum discessum, sicut antiqui patris^e scriptis legitur, ipsum monasterium ordinaretur et regeretur et ad suprascriptum tuum episcopium deberet pertinere in omnibus. Et de hoc ipso tua veneratione obsecrante pietatem nostram per hoc nostrum roborationis^f praeceptum in suprascripto episcopio tuo ea omnia et in omnibus confirmamus, sicut textus chartulae donationis legitur, quam praefatus Gauderis vobis noscitur commisisse. Addimus etiam^g nos pro animae nostrae salvatione et statu felicissimae gentis nostrae Langobardorum in iam dicto venerabili et sancto monasterio beati archangeli Michaelis, uti rememoratus Gauderis***) Christi gratia per tuam sanctitatem iam ordinatus abbas praeesse dignoscitur,

*) *folgt interpoliert* Psalmigraphi vatis—obstaculo corroboratae, die *Arenga*, s. *Chroust S. 64 N. 1*, dann Ideoque iuxta tuam, sancte Emiliane praesul, postulationem per hoc sanctionis nostrae munimen divina inspirante providentia firmamus supra praefati episcopii tui omnes res, quas quoquo modo Deo propicio acquirere potuisti sive de donis regum aut aliorum largitate vel comparatione, tam de arimannis quam de libertis seu aldionibus vel servis nostris per diversa loca ad ipsam ecclesiam adtrahere undequaue potuisti aut antea largiente divina potentia acquirere tu et successores tui quocumque ordine potueritis.

**) *folgt interpoliert* quondam noster miles.

***) *folgt interpoliert* olim noster miles nunc autem.

^a) ubi sanctum Eu . . . *P.* (= *Peyron*), cuius corpus *Tr.* (= *Troye*) nach *Durandi*. ^b) idem *Dr.* (*Drucke* = *P.* + *Tr.*) ^c) *Ihauc. Tr.*

^d) so *P.*, diocesi *Tr.* ^e) patres *Tr.* ^f) roboratum *Dr.* ^g) et *Tr.*